

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs V. Scena I.

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139622)

ADELPHORVM

De. Ita me Di ament, vt video ego tuam ineptiam:
Facturum credo, vt habeas qui cum cantites.

Mi. Cur non? De. & noua nupta eadem hæc disces.

Mi. scilicet.

De. Tu inter eas restim ductans saltabis. Mi. probe:

Et tu nobiscum vna, si opus sit. De. hei mihi,

Non te hæc pudet? Mi. iam verò omitte Demea

Tuam istanc iracundiam, atq; ita vti decet,

Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptijs,

Ego vos conueniam, post hoc redeo. D. ô Iuppiter.

Hancine vitam? hosine mores? hanc dementiam?

Vxor sine dote venit: intus Psaltria est:

Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:

Senex delirans. ipsa, si cupiat, salus,

Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS V. SCENA I.

SYRVS, DEMA.

Senarij.

Æ Depol Syrisce te curasti molliter,
Lauteq; munus administrasti tuum:

Abi: sed postquam intus sum omnium rerum satur,

Probe ambulare hoc lubitum est. De. illud sis vide.

Exemplum disciplinæ. S. ecce autem hic adest senex

Noster. quid sit? quid tu es tristis? De. ohe scelus.

Sy Ohe, tam tu verba fundes hic sapientia?

De. Tun? si meus esses. Sy. du quidem esses Demea.

Ac tuam rem constabilisces. D. exemplum omnibus

Caro

ACTVS V. SCENA II.

Curarem vt esses. Sy. quamobrem? quid fecit De. ro-
gas?

In ipsa turba, atq; in peccato maximo,
Quod vix sedatum satis est, potasti scelus,
Quasi te bene gesta. Sy. sane mollem huc exitum.

ACTVS V. SCENA II.

DROMOSTRVS, DEMEA.

Senarij.

H Eus Syre, rogat te Ctesiphon vt redeas. Sy. abi.
De. Quid Ctesiphonem hic narrat? Sy. nihil.

De. ehe carni sex,

Est Ctesiphon intus? Sy. non est. D. cur hic nominat?
Sy. Est alius quidam parasitaster paruolus,
Nostim? De. iam scibo. Sy. quid autquod abus? De. mira
te me.

Sy. Noli inquam. De. non manum absti nes mastigia?

An tibi manis cerebrum disperi hic? Sy. abyt.

Adepol comeffatorem haud sane commodum,

Præsertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam?

Nisi, dum hæc silescunt turbæ, interea in angulum
aliquo abeam, atq; edormiscam hoc villi. sic agam.

ACTVS V. SCENA III.

MITIO, DEMEA.

Senarij.

P Arata à nobis sunt, ita vt dixi, Sofstrata
Vbi quis? quis tuam à me pepulit tam grauius so-
res?

De.